p tractaret. ecce subito die quadam apparue
runt signa illa mirifica in pictura. sic in aliis
ipsi ymaginibus pingi solet. Tremefacta
illa filiam suam ad deuotam protinus aduocauit.
requirens si absque stigmatibus usque nunc yma
go fuisset. Affirmat illa et iurat sic olym
sine stigmatibus extitisse. et nunc uero cum stigma
tibus apparere. Uerum quia mens humana semetipsam
frequenter impellit. ut cadat. in dubium reuo
cat ueritatem. Subintrat iterum cor mulieris du
bitacio noxia. ne forte sic fuisset ymago
a principio consignata. At dei uirtus. ne primum con
temperetur miraculum. addidit et secundum. Con
tinuo namque disparentibus signis illis. nuda
ta priuilegiis ymago remansit. ut per se
quens signum fieret probatio precedentis. **De mor**
In cathalonia quoque apud **tuis suscitandis**
ylerdam. accidit uirum quendam nomine iohannem
beato francisco deuotum. quodam sero per quandam
incedere uiam. in qua pro inferenda morte latitabant
insidie. non quidem ipsi qui inimicicias non habebat.
sed alteri cuidam qui uidebatur similis ei et tunc

License: CC-BY-NC – Luzern, Provinzarchiv Schweizer Kapuziner Luzern, PAL L, f. f.%2094r – Bonaventura, Legenda maior s. Francisci . Vita beati Antonii (http://www.e-codices.ch/en/pal/L/f.%2094r)